



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

4. De Apparitione Angelorum mulieribus facta: Marc. 16.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

lij exultarione gaudentis Matrē suam
amantissimam sic honorari ? quanta
cum submissione Matri omnem glo-
riam suam in Filium referentis, saum-
que solenne canticum : *Magnificat a-
nima mea Dominum*, medullitus inge-
minantis ; atque insuper pro maternā
pietate rogantis, ut & discipulos cum
Magdalena, alijsque consolari, & in fi-
de confirmare dignetur : cui benignè
annuit, ineffabili eam gaudiorum ma-
ri innatantem relinquens. Congratu-
latio, Humilitas, Gratitudo.

**IV. De apparitione Angelorum Mulieribus
facta. Marc. 16. Matth. 28.**

Luc. 24:

I. **M**aria Magdalena, & reliquæ
piæ mulieres, amore impulsu-
que diuino accensæ, summo manè cū
aromatibus ad monumentum venien-
tes, ut vngерent Iesum, cum anxiæ es-
sent de lapide remouendo ab ostio
monumenti, & in cœpto nihilomi-
bus; diuinæ prouidentiæ confitæ, per-
seuerarent, repererunt reuolutum per
Angelum lapidem. *O quam verè bonus*
Israel Deus his, qui recto sunt corde! quam
paterat omnes, quos ad eximiam per-
fectio-

Psal. 72.

fectionem sectandam, ad aliorum salutem promouendam, arctamq; secum familiaritatem ineundam excitat, si diuinæ gratiæ suæ strenuè cooperentur, ad progrediendum suauiter impellit, vacillantes confirmat, perseuerantes in bono proposito promovet, amotisque obstaculis diuinis solatijs fouet, atque ad sublimiorem sanctitatis gradum inuitat?

Quoties hanc paternam Dei prouidentiam in te excitando, promouendo, fouendoque in studio perfectio-
nis experiris? quām serid ergò tantæ eius gratiæ cooperari teneris sincero, incenso, assiduo constante studio proficiendi in via triplici perfectionis?

11. Angelus, qui lapidem ab ostio monu- Matt. 28.
menti remouerat, sedens super illum, ex-
terruit custodes sepulchri, qui facti sunt
velut mortui. At pias mulieres confor-
tauit, inquiens: Nolite timere, scio enim
quod Iesum, qui crucifixus est, queritis.
Non est hic, surrexit enim sicut dixit. Veni-
te, et videte locum, ubi pestus erat Domi-
nus. Hac benignâ Angeli voce anima-
tæ, ingressæ cryptam monumenti cum
Dominum non reperissent, viderunt
duos Angelos stantes ad caput & pe-
des sepulchri in ueste fulgenti, qui eas

V 3.

CON-

Luc. 24. consternatas ad excitandam earum h-
dem, sic sunt affati : Quid quaritu vi-
uentem cum mortuis ? Non est hic, sed sur-
rexit. Recordamini, qualiter locutus est vo-
bis cū adhuc in Galilaea esset, dicens : Quia
oportet filium hominis tradi in manus pec-
catorum, & crucifigi, & die tertia resur-
gere.

Quantoperē diuinæ bonitati con-
stantia in quouis opere pietatis & stu-
dio perfectionis placet, quam uti du-
plici Angelicâ visione & consolatione
in his Mulieribus remunerauit, sic in
omnibus pijs animabus semper abun-
dantioce gratiâ, & nonnunquam diui-
næ consolationis affluentia compen-
sare solet. Constañs feroꝝ in spiritu
proficiendi, Iesum crucifixum que-
rendi, amandi, imitandi.

Matt. 28. Et exierunt citò de monumento cum
timore & gudio magno, currenes nuncia-
re discipulis eius. Quām gratus fuerit
Christo tam ardens earum zelus pau-
lè post demonstrauit, non iam am-
plius per Angelos, sed per seipsum eas
consolando, in fide confirmando, ze-
lum illum magis inflammando, dum
ijs se spectandum præbuit, pedes exo-
sculandos obtulit, easq; ad discipulos
viasit, resurrectionem suam annuntia-
tueas;

turas. Si porrò tam liberalis est Dominus in zelo animarum remunerando in hoc sāculo , quantò liberalior erit in futuro ? quanta ergò alacritate hic sincerus zelus quam plurimos ad Christum agnoscendum , amandum , imitandum trahendi esset desiderio , verbo , exemplo exercendus ? Zelus gloriæ Dei & salutis animarum ,

De apparitione Christi Maria Magdalena facta. Ioan.20.

V.

I. M^Agdalena, cæteris digressis, stabant ad monumentum foris plorans, cum ergò fleret , inclinavit se & prospexit in monumentum , & vidit duos Angelos in albis sedentes, dicentes : M^Anⁱer, quid ploras? dicit eis : Quia iulerunt Dominum meum, & nejei, ubi posuerunt eam. Quante amoris æstu Magdalena, è qua tamen Dominus septem dæmonia eiecerat , p^{re} reliquis feruebat , quæ desiderio dilecti sui videsdi omne humanum & Angelicum solatum respuebat , lacrymis potius , quam labijs affectum suum exprimens , illudque secum ruminans : Idcirco ego plorans, quia longe Threnos factus est à me consolator, conseruens ani-

V 4

mar